



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

2 Quodnam censendu[m] sit æquale, seu iustum pretium rerum venalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

mothetum 6. Habentes alimēta & quibus tegamur, his contenti simus rationem subdit: Nam qui volunt dñes fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diabol, & desideria multa inutilia, & nociva, que mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.

<sup>Quid illa
permissum.</sup> Aduerte Secundò, posse Clericos comparare rem aliquam, vt sit materia ex qua aliam cōficiant, quam vendant; quia id non est negotiorū; vt expressè Chrysostomus suprà docet. sic olim Religiosi sporas, streas, & similia faciebant vt venderent, & ex pretio le sustentarent: & Apostolus artem iconofactoriam faciebat. Similiter possunt agros proprios colere, vt fructus vendant; lapides vel metallū ex suis fundis cadere vel eruere, siue ea mutant in aliam speciem, siue non; greges in suis pradijs alere, vt ex foetu, lacte, lana, pecuniam conficiant, aut ut ipsa animalia adulata & saginata vendant, vt rectè docet Medina C. de restit. q. 30. causa secunda; & Molina disput. 342. hæc enim omnia sunt fructus vel quasi fructus agrorum.

<sup>Conducio
alieni pre-
dij.</sup> Tertiò, Non posse tamen conducere aliena prædia, vel similes res fructiferas, vt fructus vendant, & ita quæstum faciant. et si enim hoc non sit negotiorū, est tamen expressè prohibitum 21. q. 3. c. 1. 2. & 3. ex Concil. Carthag. 1. & 4. fœcū si pro sua necessaria sustentatione. Ibidem prohibetur ne suscipiant administrationem vel procurationem domus sacerdotalis.

<sup>Per alios
negotiarū.</sup> Quartò, Non esse peccatum si Clerici vel Religiosi per alios negotientur, qui totam industria præstant; vt si pecuniam in societate mercatorum depositum habent; quia tunc cessat ratio prohibitionis, & quia solum prohibitum est, ne per se negotientur, vt probat Medina suprà. videatur tamen parum decorum statui Ecclesiastico. vnde non putarem faciendum, nisi iusta aliqua causa excusat.

D V B I T A T I O II.

Quodnam censendum sit æquale seu iustum pretium rerum venalium.

<sup>Iustum
pretium.</sup> R Espondeo, Iustum pretium censeri, quod vel à potestate publica ob bonum commune est taxatum, vel communi hominum estimatione determinatum.

<sup>Imponitur
dupliciter.
1. Per Prin-
cipem.</sup> Dupliciter enim solet pretium imponi. Primò, Per Principem vel Magistratum, qui consideratis circumstantiis, ex quibus estimatione rerum pender, statuant quanti vendi debeat; idque potissimum ne empores decipiantur, vel cogantur solvere pro libidine vendorum. Hoc vocant DD. *præ-
sum legatum*, quasi lege definitum. Quod autem hoc iustum censeri debeat, (nisi forte constet spe munerū, vel odio vendorum, vel crassa ignorantia taxatum esse) patet; quia quod potestas publica ex officio statuit, non potest à subditis in dubium vocari. atqui hoc pretium statuit ex officio. sicut enim ceteris in rebus bonum commune curare ad potestatem publicam pertinet, ita etiam in negotiatione, ad auerendas fraudes & pauperum expilationes. Accedit quid Superiores possunt melius cereris omnes nosse circumstantias, ex quibus estimatione rerum crescit vel decrescit; quarum quedam spectantur circa merces ipsas, vt copia, inopia, necessitas, & utilitas earum: quædam circa

<sup>Circumstan-
tia confe-
randam
taxacione.</sup>

venditores, vt labores, expensæ, pericula, damna in illis comparandis, adducendis & conservandis. item modus vendendi, nempe an ultro offerant, an rogati vendant: quædam circa emptores, sine multi an pauci, sine pecunia copia an inopia.

Secundò, Imponi solet communi hominum intelligentiæ estimatione, vnde dicitur *vulgare*. <sup>2. Communi
hominum
estimatio-</sup> à quibusdam verò *naturale*, tamquam à naturali prudentia constitutum, cerniturque in iis rebus, ne. quibus à publica potestate pretium non est impositum. quod autem hoc iustum censeri debeat, patet ex L. Pretia 63. & ad L. Falcidiam. vbi dicitur, *Pretia rerum nō ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur*, id est, definiuntur & taxantur: nisi forte legendū sit funguntur. ratio est: quia iudicium priuatum est fallax, & facile lucri cupiditate perueritur. iudicium verò commune est minus erroris obnoxium. quare cum hic certior regula non suppetat, hoc sequendum est. Fit autem hæc communis estimatione consideratis prædictis circumstantiis. Vide Nauarrum cap. 23. num. 78. & sequentibus, Medinam C. de restitut. quæst. 31. Couarr. l. 2. variar. cap. 3. in principio.

Notandum autem, esse discriben inter hæc duo pretia; quod *præsum legitimum* consistat in *Differunt
indivisiibili*, *vulgare* non item, sed habeat quam <sup>præsum
legitimum</sup> dam latitudinem, vt docet Scotus d. 15. q. 2. & *vulgare* alij DD. ratio est, quia legitimum taxatur ab uno vel ^{re.} à multis in vnum convenientibus: *vulgare* autem à plurimorum iudicio pender, qui non idem omnino iudicant. quod enim aliqui estimant 9. alij estimant 10. alij 11. Hinc fit vt *præsum vulgare* ^{II} sit triple, vt communiter docent DD. *Infundum* ^{III} *Præsum* seu piuum, medium, sumnum, quod & rigorosum *vulgare* dicitur. v. g. *præsum* medium fit 10. infimum ^{triplex.} erit 9. plus minus, sumnum 11. rursus medium fit 100. infimum 95. sumnum 105. vt ait Couarr. suprà num. 1. ipsum quoque medium suam habet latitudinem, similiter infimum & sumnum.

Hinc vterius sequitur, quando *præsum* lege ¹² taxatum est, non licet amplius accipere; sed restituendum, si quid supra exigatur. quando autem pender ex *vulgare* estimatione, licet eamdem rem triplici illo pretio vendere, prout occasio tulerit.

Petes, Quid si *præsum* legitimum discrepet à *vulgare*, v. g. tritici legitimum *præsum* sit 10. re. ^{Quando} ¹³ *Præsum* *vulgare* & galium, *vulgare* autem propter abundantiam vel *legitimum* raritatem emporum sit 8. licebitne vendere *præ-
sum* legitimo?

Resp. & Dico Primò, Si *præsum* legitimum maius sit quam *vulgare*, ordinariè non esse licitum exigere *præsum* legitimum. ratio est, quia ordinariè *præsum* taxatur in gratiam emporum vt non excedatur; non autem vt infra non descendatur, si circumstantia varientur, & communis estimatione minoris faciat. Dixi ordinariè, quia interdum taxatur in gratiam vendorum, vt non minuar: (vt sit in venditione censuum perpetuorum & vitalium, & similiū iuriū, quæ homines non nisi coacti penuria vendunt) & tunc licebit totum *præsum* legitimum exigere. Imò si quis minoris emeret, non esset tutus in conscientia. ratio est, quia iudicium Magistratus preferendum est iudicio populari: nam Magistratus auctoritate publica & boni communis intuitu tale *præsum* constituit.

Dico Secundò, Si *præsum* legitimum sit minus, *vulgare* maius; non licebit exigere *vulgare*, ¹⁴ *Si minus.* sed solum legitimum. ratio est, quia hoc censem

dum est verum rei pretium à Magistratu definitum, ne excedatur. Aduerte tamen, si mutatis circumstantiis copia, inopia, & similibus, Magistratus esset notabiliter negligens in pretio legitimo mutantando, posset res vendi pretio vulgaris; nam lex censeretur iniqua, vt recte Ioann. Medina q. 36. Sed hoc non est priuatorum iudicare, nisi moraliter sit euident, (semper enim in dubio pro Superioribus est præsumendum) vt si constaret Magistratum corruptum in muneribus, aut male instrutum de circumstantiis mercium, vel odio vendentium aut ementium, pretium taxasse.

DVBITATIO III.

Vtrum res ea, quæ non habent pretium legitimum, vel vulgare, (vt sunt quedam gemme, insignes canes, falcones, aues Indicae, pictura veteres, & similia) possint vendi quanti volet dominus.

15
Sententia
quorum-
dam.

Quidam affirmant, Ita Sotus l. 6. q. 2. art. 3. & Petrus Nauarral l. 3. c. 2. num. 11. Probatur Primo, quia cum non sint necessaria vita humana, si quis velit eas emere, sponte censemur velle dare quod alter exigit: (alioquin non emeret, cum nulla necessitas eum ad hoc compellat) quare vendor poterit acipere.

Secundo, Quia quisque in rebus suis est moderator & arbitrus, vt habemus L. In re mandata. 21. C. mandati. & communie proloquium est, rem tanti valere, quanti vendi potest. L. 2. §. Si heres. & ad Trebellianum S. C.

16
Contraria
verior.

Respondeo tamen, contrarium verius videri, nempe res tales non posse vendi pro arbitrio vendoris, sed iuxta estimationem intelligentium, vel certe iuxta estimationem ipsius vendoris, bona fide spectatis circumstantiis supradictis, intiam. colligitur ex Nauarro c. 23. n. 78 & Caier. in art. 1. q. 77. Probatur Primo, Quia iustum pretium carum rerum, quæ nec lege nec communie estimatione taxata sunt, sumendum est ex iudicio intelligentis mercatoris, qui spectatis circumstantiis ad rei valorem facientibus, eam estimet, atqui res qualibet debet vendi iusto pretio: ergo non est licitum tanti vendere, quanti vendi potest. Maior probatur: quia hic certior regula habeti nequit, quam iudicium intelligentis. Secundò, Non ideo res tanti valer, quia vendori placet eam tanti vendere; sed quia prudentius iudicio omnibus consideratis tanti estimatur: ergo non potest eam vendere quanti lubet. Confirmatur: quia iudicium, quo iudicatur tanti valere, debet esse prudens; atqui nemo potest prudenter iudicare eam valere tanti, ex eo quod vendor tanti velit vendere. Tertiò, Quia alioquin vendor rem eam, quam bona fide estimat 10. posset vendere 100. vel 1000. si videret Principem aliquem ea delectari, eamque velle emere.

17
Affection
estimari
potest.

Aduerte tamen, si vendor ei validè afficiatur, posse hunc suum affectionem estimare; (vt docet Nauarr. c. 23. n. 83.) sed id bona fide fieri debet.

18
Ad ratio-
nes.

Ad primum Respondeo, Illum emptorem non censi sponte donare excessum pretij, quia non intendit donare, sed emere, & solvere dumtaxat pretium rei. unde cum in re nihil respondeat incremento pretij, non potest hoc incrementum

instar pretij retineri. Nec refert, quod ei nulla vis aut necessitas emendi inferatur, quia alioquin possent usurpare peti ab eo, qui nulla necessitate coactus, sed in lufum vel in alias oblectationes mutuum petat.

Dices, Si non intendit donare excessum pretij, cur illum dat, cum sciat rem non tanti valere, & nemo illum cogat emere?

Resp. Quia rem illam desiderat, & mauult facere iacturam illius incrementi, quam re illa carere: sicut qui promittit usurpas ut habeat pecuniam praesentem ad lufum.

Ad secundum, Lex illa nihil ad rem facit, nam non loquitur de estimatione rebus imponenda; sed tantum significat, quemque de rebus suis posse disponere pro suo arbitratu, etiam in suum incommode; mandatarium autem non posse. Commune autem dictum illud, *Res tanti valet, quanti vendi potest*, intelligendum est intra limites iusta estimationis; quia iustitia pretij non consistit in indiuiduo.

DVBITATIO IV.

Vtrum licet interdum pluris vendere vel minoris emere quam valeat.

D.Thom. q. 77. art. 1.

Notandum Primo, In foro externo non dari actionem ei, qui emendo carius vel vendendo vilius non est deceptus ultra dimidium iusti pretij. v. g. si agrum tuum valentem nunc 100. libris, vendas 70. vel 60. vel etiam 50. libris, non potes intentare actionem ad rescindendam venditionem, aut ad supplendum pretium; quia non es deceptus ultra dimidium iusti pretij; tunc autem si vendidisses 48. vel 49. vel minoris. Parimodo, si agrum valentem 100. libris, emas 152. vel pluris; potes agere ut vel restituatur excessus ille, vel emptio rescindatur: non tamen si emeris 140. vel etiam 150. Colliguntur hec aperte ex L. 2. C. de rescindenda venditione, & L. 8. ibid. & ex cap. Cum dilecti. & cap. Cum causa de emptione & venditione. vide Gomezium tomo 2. c. 2. n. 22. & Couarr. lib. 2. variar. cap. 3. Permittit autem Ius utrumque deceptionem, quæ non est ultra dimidium iusti pretij, ad vitandas innumeratas quæ sequentur, si ex qualibet fraude daretur actio.

Notandum Secundo, Fraudatorem, qui citra dimidium decepit, non ideo excusat restitutio 21. tenetur in eius in quo alterum circumuenit, siue emendo, siue vendendo; vt communis sententia DD. haber, D. Thomas hoc articulo, D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 16. §. 3. Ioannes Medina q. 32. Couarr. 2. var. cap. 4. num. 11. & alij, quos ipse citat. Ratio est, quia illud quod excedit, non censemur liberaliter donatum, sed solùm quatenus debitum est titulo emptionis vel venditionis, nempe tamquam iustum pretium, vel tamquam æquivalens & debitum pretio oblato. si ergo non est debitum, eò quod supererat æqualitatem, non potest retineri, nisi conuenienti modo compensetur, supplendo deficitum pretij vel rei. vide Nauarr. in c. Nouit, de Iudiciis, notab. 6. num. 54. & seqq.

Hinc patet falli Ioannem Gerlon. Opusc. de contractib. p. 2. proposit. 11. (habetur in t. 2. alph. 35.) dum putat talen non teneri ad restitucionem; (quamvis peccari & confiteri teneatur) eò quod scienti

21
Tenetur in
foro con-
scientia.

22
Opinio
Gerlonis.